



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Annotationes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

imagines, Sacristiam, Cœmeterium, Baptistarium autem, & Sacras Reliquias cum luminibus accensis; & hæc incensantur.

12. Postea eged Ecclesiasticas, Hospitalia, Confraternitates, & loca pia.
  13. Pro confirmatione ministranda paratur pluuiiali, & stola albi coloris: sicut etiam pro consecratione, seu benedictionibus Pontificali bus rerum sacrarum.
  14. Audit confessiones, & querelas, inquit, ut, opus est, de conuersatione Cleri, & populis de rebus spiritualibus, & temporalibus, de libris, & ornamentis.
- Hac omnia ex Pontificali Romano, hoc eodem ordine, & paucis additis.

ANNOTATIONES.

1. **V**isitare debet prius familiam suam Episcopus, deinde alios, ordine quem diximus: Cathedralem, Collegiatas, Parochiales, &c.
2. Prædictus tamen ordo est arbitrarius Episcopo, præsertim si vesperi veniat ad locum

visitandum. quo casu fieri poterunt ea tantum, quæ usq; ad num. 6. sunt prænotata: reliqua mane sequenti.

3. Poterit etiam ad viciniora minima loca mittere coadiutores suos, & conuocare ad insigniorem locum vicinos populos pro Confirmatione.
4. In Visitatione Monialium audiet eas ad cratem, non intra septa Monasterij.

Index obseruandorum in Visitatione locorum. §. IX.

1. **D**væ sunt partes Visitationis locorum; Descriptio eorundem, prout sunt, & præsertim cum defectibus; Ordinatio pro tollendis defectibus.
2. In ipso actu Visitationis sola sufficit Descriptio. Circa finem Visitationis vniuscuiusque Ecclesiæ maturè fiant Ordinationes, & Decreta, ex Descriptione hausta, nisi accidat in aliquibus executio ipsa, ut dicemus in proprio Indice §. 10.
3. Descriptio consistit in duobus: An sit, & Quale sit, iuxta Indices, qui sequuntur.

4. *De Sanctissima Eucharistia,*

Obseruet Episcopis, & Notarius describat, an sint, qualia sint, quæ sequuntur.

Tabernaculum ligneum.  
Conopæum, & an plura.  
Vestem interiorem.  
Corporale stratum.  
Pixidem.  
Auro litam intus.  
Velum.  
Particulas.

Fragmenta.  
Renouationem.  
Clauem auratam.  
Basim tabernaculi vacua.  
Lampadem ardentem.  
Tabernaculum gestatoriū pro Processione.  
Pixidem pro infirmis.

Bursam cum chorduli; albam pro rurali communionem, ut à collo pendeat Pixis.  
Umbellam.  
Laternam.  
Intortitia.  
Velum pro humeris longum.

5

*De Baptistario.*

Qualis Fons.

Conopæum.  
Umbella.  
Cancelli.

Imago Sæcti Ioannis Baptistæ Christum baptizantis.  
Aqua.  
Sacratium vicinum.

Cochlear pro infundenda aqua.  
Vas Oleorum sacrorum.  
Sal.  
Lintei ad tergendam capita.

6

*De Oleis Sacris.*

Armatium in Ecclesia.  
A latere Euangelij.  
Cum inscriptione masculis litteris.  
Ornatus exterior, & interior.  
Vas stanneum intra capsulam

ex corio ambusto, vel ligneam.  
Bombacium madidum oleo; & siccum superius.  
Bursa violacea.  
Ampullæ pro deferendis à ca-

thedrali Oleis.  
Arcula, & clavis, si mittatur, qui ea deferat.  
Renouatio.  
Combustio veterum.